



Dtl zu Kr 911

angr. 1.) Dtl zu Kr 911

2.) 00

3.) Dtl zu Kr 911

47 00 Kr

IN FVNERE  
VIRI ILLVSTRIS  
CHRISTIANI  
THOMASII  
IVRISCONSVLTI CELEBERRIMI  
REGI IN CONSILIO SANCTIORI SENATORIS  
ACADEMIAE FRIDERICIANAE DIRECTORIS  
AD ORDINEM IVRISCONSVLTORVM  
ORDINARI PROFESSORISQUE

PRIMARII  
GRAVISSIMI SPLENDIDISSIMI

SIBI FAVENTISSIMI

NENIAM CECINIT

JOHANNES LAURENTIVS FLEISCHER  
IVRISCONS.

D. XXX. SEPTEMBRIS AB O. R.  
1791 CC CI CIO

HALAE AD SALAM

TYPOGRAPHIA IOHANNIS GRVNERTI, ACADEM. ET SENAT.

AK




**N**on ego, quem magni concus sit casus amicū  
Solus inane melos ad noua busta feram;  
Atrati proceres, longissimus ordo dolent  
tum,  
Officiō certant fundere verba parti.  
Hoc ego consensu si quid turbaque iuuari  
Possum; ne mutilos det dolor ore sonos:  
Vt iuuat in subitis socios vidisse malorum;  
Vt minus in turba naufragus horret aquas:  
Inueniant lacrimae iusti ingentisque doloris  
Impulsu faciles cum pietate vias.  
Sed non caussa mei luctus; quaerenda decoris  
Est ratio, tantam quae float arte necem.  
Feminei planctus mollesque faceſſite fletus!  
Degenerem ista queant condecorare rogum.  
Gloria, sublimi properans super astra volatu,  
Non poscit lacrimas ardua: poscit epos.  
Ad latus illa tuum cum traxerit ante, Thomasi,  
Virtutis testem me cupit esse tuae.  
Quem merito colui, doctoque ex ore pependi,  
Cum sophiae latos panderet usque finus:  
Cum faceret minitans, te, falsa scientia, prisca  
Ponere personam: cum noua iura daret:  
Cum vacuos lemures, & somnia flulta timentum,  
Disiiceret: iussis manibus, esse bonos.

Cum varias species, portentaque Thessala risu  
Vinceret: inque suo daemonas esse specu:  
Non homines pactis, si syngrapha scripta, tenere;  
Sed coeco mentis turbine, ferret, ali.  
Cum falsa varios e relligione tumultus  
Cire supersticio ne queat aegra, daret.  
Viuida ab hoc summis iterum reuerentia nostri  
Haesit numinibus, nec tremebunda, dei.  
Tartareis quae demta locis, accessit honori  
Atque aris superum per pia tura, fides.  
Socraticique sales terris, doctrinaque morum  
Reddit, magnanimos iussit abire viros.  
Ante magistrorum densa caligine honestum  
Sepserat insanae foetida rixa scholae:  
Nunc nitidum nullaque obductum parte sereni  
Hoc auctore etiam Teutonis ora videt.  
Has ego non recinam laudes? & testis adesse  
Non cupiam, veteri iunctus amore viro?  
Præcipue cum res & vita probauerit acta  
Ingenuum vera cum pietate decus.  
Non magis vt cordi fuerit, quae pulcra, monere  
Verbis, quam factis haec docuisse bonis.  
Vultus, & incoctum generoso pectus honesto,  
Adspectu tenuit mentem oculosque pio:  
Saepius vt tecum positum sacer horror iniret,  
Spectantem meritis membra decora tuis.  
Sic animus verbis, & sermo concolor actis,  
Dignus, perpetuo quem tua fama canat.  
Sancta domus, non criminibus, non ambitione  
Iactata, innocui plena pudoris erat.  
Artibus his coniuratum luore duellum  
Victum adeo, si qua conditione potest.  
Scilicet, a teneris concoctus mentibus error  
Difficiles vero dat subeunte vias.

Hinc tibi non rarus, nouitate exterritus ipsa  
Lector, qui vomeret, quod rationis erat.  
Ira subit, nec iam mens argumenta videre  
Quiuit, sed quae sunt laedere vifa, petit.  
Ingens inde cohors aduersantum: sed abhorret  
Haec animus tandem, iamque tacenda, loqui.  
Gloria, nempe sat est, vero comitante triumphat,  
Moribus excelsum gloria iacta tuis.  
Hoc iacet in primis liuor, quod morte probare  
Scisti, quam validum det tibi praefidium,  
Quae semper veri possedit pectora cura:  
Quae species falsas non tinuisse dedit.  
Illa deus cupit aeterno lustrare fauore  
Corda, vbi iam ratio reddidit alma diem.  
Ergo dat excessus viuendi scena solutos:  
Non dolet is, ratio cui data, scire mori.  
Mortuus haud aequa poteris; VIXISSE, videri  
Tantum (Romanus sic notat illa) potes.  
Quin etiam viuis puri inter luminis orbes,  
Vnde vniuerso vita superne venit.  
O bone, viue, vale: nos omnes deinde sequemur  
Ordine, quo placidus iussit ire deus.

S. T. T. L.



78 M 419




KD 18

St.



sten sehen,  
selt geschehen.  
er Zeit,  
allem Kreuz geblieben,  
e Brust geschrieben:  
die Gerechtigkeit. (c)  
überwunden,  
schmuck gefunden.

betrübt Haus  
Wort vergnüget,  
n zugefüget;  
rt des Trostes aus,  
ns-Augen blicket.



# IN FVNERE VIRI ILLVSTRIS CHRISTIANI THOMASII

IVRISCONSULTI CELEBERRIMI  
REGI IN CONSILIO SANCTIORI SENATORIS  
ACADEMIAE FRIDERICIANAE DIRECTORIS  
AD ORDINEM IVRISCONSULTORVM  
ORDINARI PROFESSORISQVE  
PRIMARII  
GRAVISSIMI SPLENDIDISSIMI

SIBI FAVENTISSIMI  
NENIAM CECINIT

*JOHANNES LAURENTIVS FLEISCHER*  
IVRISCONS.

D. XXX. SEPTEMBRIS AB O. R.  
CIC XXX CC CI.

HALAE AD SALAM  
TYPIS IOHANNIS GRVNERTI, ACADEM. ET SENAT. TYPOGRAPHI.